



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ  
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos  
instructa**

**Busaeus, Johannes**

**Moguntiae, 1608**

Index Rervm Præcipvarvm Hoc Panario comprehensarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)



I N D E X  
R E R V M P R Æ C I P V A -  
R V M H O C P A N A R I O  
comprehensarum.

A.

Abraham.

**A**BRAM mira obedientia. Pag. 192.  
220. 223.

Acceptio personarum.

Acceptio personarum reprehensa. 393.  
394. remedia contra illam ibid. & se-  
quent. cur Deus non accipiat perso-  
nam, & Iudices non debeant. 396. ex-  
empla eorum qui non respexere perso-  
nas. 398. 399.

Acedia.

Acedia quid sit, eiusq. effectus p. 1. resi-  
stendo superanda, non fugiendo. ibid.  
& 404.

ADAM.

ADAM protoplasto aliquid prohibendum  
fuit, ut disceret obedientiam. 217. post  
peccatum Dei faciem timuit, quasi ini-  
mici. ibid. gravitas inobedientie eius.  
218. in eo omnes peccavimus. 219. quot  
mala ex eius inobedientia secuta. ibid.  
sola eius propria voluntas causa pec-  
cati fuit. 564.

Adulatio.

Adulatio propria est hereticorum. 3.  
adulari peccanti, peius est quam pec-

care est insanire. ibid. lingua adurato-  
ris plus persequitur, quam persecutor.  
est similis venefico & demoni, peior  
coruo. dure exceptus à Christo. 4. lau-  
datus ab alio, quid agere debeat. lau-  
des despiciere est Angelica virtutis p. 5.  
nemo facile laudandus. ibid.

Adulterium.

Vide, *Luxuria*

Alea Lusus.

Alea Lusus vetitus, & omnia ludicra,  
22. 25. 27. 279. Quot mala in eo lu-  
su. 280. 281. aleatores diuinitus puniti.  
282. 283. Legibus civilibus vetitus. 283.  
& Turcarum. 284. Scachorum lusus,  
an contineatur sub alea. 286.

ALEX. MAGNVS.

ALEX. ebrius Clytum amicissimum oc-  
cidit 87. omnia habuit in potestate  
prater affectus. 146.

Ambitio.

Ambitioni in festis Christus. 5. ambitio  
describitur. 6. Eius via adoratio da-  
monis. tyrannicum est vitium omnia  
euertens & mentem excaecans. etiam  
in sinu sacerdotum dormit ibid. Re-  
gnandi cupiditate nil deterius. 7. am-  
bitio la-

Gggg 3

INDEX RERVM

*bitio laborat inuidia duplici, natura vim parat, malorum elementum est. ibid. Episcopatum, aliasq; dignitates qui refugerint.* 8.

Amor sui.

*Amor sui, quid sit. 10. Repugnat caritati, omnia bona opera inquinat. Species est idololatrie. 10. Effectus eius alij manifesti, alij occulti. 11. Abnegatio sui & amoris proprij quid sit.* 12.

S. ANNO.

S. ANNONIS Archiep. Colon. humilitas. 105.

S. ANTONIVS.

S. ANTON. Vite lectio quam utilis. 95. *Dydimus caecum noluit ob caecitatem tristari.* 170.

Apostasia.

*Vide. Verb. Votorum violatio.*

*Aqua benedicta virtus.* 530. 531.

Arrogantia.

*V. Superbia.*

Astrologia iudiciaria.

*V. Superstitio.*

Auaritia.

*Auaritia omnium vitiorum regina, origo & radix. 13. 14. caeca est, & diabolica, idolorum seruitus, & cur? curis plena. ibid. auarus nulli bonus, sibi pessimus. 35. alienissimus ab illa Christus. ibid. Auari quomodo puniti. 16. Eorum stultitia ingens.* 37.

Auersio animi.

*Auersio animi ab alio cauenda. 354. 355. 356. 357. 358. etiam in minimis offensus iunculis. 360. 361. Venia ab offensis*

*petenda. non tamen Dominis petenda venia a seruis. ibid. Vide V. odium.*

Auguria,

*Vide V. Superstitio.*

S. AVGVSTINVS.

S. AVGVST. exemplo piorum conuersus 94. eius mira frugalitas. 116. mentione & lacrymis ad veram fidem ductus. 121. 122. noluit secum habere ullam mulierem, ne quidem sorem.

B

Baptismus.

**I**N Baptismo renunciamus diabolo & pompis eius, id est, spectaculis. 469. Abrenunciandum diabolo quotidie dum domo exitur. 470.

Beatitudo.

*Beatitudini aeterna labores nostri sunt impares.* 471.

Benedictio.

*Benedicendi mos laudatus.* 299. 300.

S. BERNARDVS.

S. BERN. post miracula facta humilitas. 104. 105.

Blasphemia.

*Blasphemia vetita & damnata. 11. 12. Nec Angelum, nec ullam creaturam licet blasphemare. 19. peior est peruersus. ibid. est grauissimum omnium peccatorum, prorsus diabolicum, proprium damnatorum, & pugnans cum ratione naturali. 20. 21. grauiter a Deo peccata. 21. 22. mala vita etiam blasphematur Deus.* 23.

Bona

PRÆCIPVARVM.

Bona temporalia,

CHRISTVS.

Bona temporalia vel fortuna, non nostra sunt, sed Dei. 185. Omnia vana. 481. 482.

C

Cærimonia.

Cærimonijs sacris conseruatur religio Christiana, & nutritur. 123.

Caro.

Caro affligenda & mortificanda est 144. 372 Eius castigatio reddit preces efficaces, valetq. ad satisfactionem. 151. & ad pellendos demones. 534.

Charitas.

Charitas mutua ita debet esse in communi cætu, vt non seorsim aliqui cocant 98 vnum plus alio diligens ostendit se non omnes perfecte diligere. 99. Charitas prelatata ieiunio ab eremitis. 208 charitas proximi quam serio sit nobis commendata & quidem plus quam Dei. 357 prior est in ordine faciendi, licet caritas Dei precedat in ordine precipiendi 358. Diligendi etiam inimici. 358. nihil equè Deum placat, ac dilectio inimicorum. 359. 556. eorum dilectio etiam rationi naturali consentanea est. 549.

Chorea.

Chorea. & omnia ludicra Christianis sunt illicita. 25. sunt demonis inuentum. 26. vbi saltus, ibi diabolus, nemo saltat sobrius, nisi qui insanit. ibid. & 27. ob choreas diuinitus puniti. 27. Pugnanti cum Christi & Apostolorum doctrina. 28. 28. in nuptijs quatenus licet.

CHRISTVS qua corporaliter fecit, voluit spiritualiter intelligi. 39 paratus fuit pro vno pati, qua passus est pro toto hum. genere. 61. Apostolos attraxit fulgore vultus. 140. Eodem e mentes & vendentes templo eiecit. ib. Quanta passus sit in vita & morte, 159. Eius exemplum omnes Sancti imitati. ibid. Christi mira patientia. 553. 554.

Clerici.

Clericorum cum mulieribus cohabitatio periculosa. 322 323. 324. 325. 326. scādaloſa. 327. Et inaccens 329. Pessimus eius effectus. 327. Exempla eorum, quibus nocuit 325. 332. 333. Tutius est nec cum sorore & matre habitare. 329 330. Quid agendum si necessario inuisenda femina. 331. Vide V. Mulierum commoratio cum clericis vel monachis.

Cæcitas.

Cæcitas corporalis inuat ad cauēda peccata. 169 Philosophi effodere oculos, vt rectius philosopharentur ib. Tobias cæcus gratias egit Deo. ib. cæcus non habet causam tristandi ob cæcitatem. 170 171. S. Audomarus recuperato visu, iterū cæcus factus est, S. Lutgardis patientia cæcitatē meruit liberationem à Purgatorio. ibid.

Cognitio sui.

Cognitio sui, quam sit salutaris. 69 est genus sapientie. 246. 254. 472. 483.

Colloquium otiosum.

Colloquium, quod dicatur otiosum. 28. contristat Spiritum sanctum. 29 Ioci abhorrent

I N D E X.

- abhorrent à regula Ecclesia 29 466.  
 Christus quàm circumspèctus in collo-  
 quis 30. Angeli interfunt pjs. co. o-  
 qujs ibid. Ea conuenire religiofis ho-  
 minibus. 32.
- Conciones.  
 Concionum fructus quis. 378.  
 Concupifcentia carnis.  
 V. *Luxuria. & Voluptas carnalis.*  
 Confeflio sacramentalis.  
 Eius fructus. 379. 380.  
 Confcientiæ Examen.  
 Confcientiæ examen laudatum. II. Par-  
 ticulare quod fit. 150. 381. 382. 392.  
 Confc. bona vis contra metum. 519.  
 Confcientia fcrupulofa.  
 Confcientia fcrupulofa quid fit. 32. In  
 fcrupulis confulendus in primis eſt Pa-  
 ter fpiritualis. 33. Hic quid cum fcru-  
 pulofis agere debeat. 34. Confcientia  
 non tantum, fed & fame noſtra ratio  
 habenda eſt. 74 93. 99.  
 Confilium aliorum.  
 Confilia aliorum fape requirèda. 33. 204.  
 Quales debeant eſſe confiliarij noſtri.  
 248. 249. 442. Exempla nimis fiden-  
 tium ſuo iudicio. 206. 223. 245. 246.  
 Exempla eorum, qui ſecuti aliorum  
 iudicium. 247. 248. Proprium conſi-  
 lium lepra peſſima. 247.  
 Conſolatio fpiritualis.  
 Conſolatio fpiritualis non contemnenda.  
 52. iuuat ad perfectionem confequen-  
 dam, licet in canon fit perfectio. Quid  
 differant conſolatio fpiritualis & car-  
 nalis. Indicia vere conſolationis ſpiri-  
 tualis. ibid. Ea eſt cum humilitate &  
 reuerentia cuſtodienda. 55. nec alijs  
 vulganda. 56. Non eſt ipſa virtus, ſed  
 inftrumentum ad illas aſſequendas. 57.  
 Tyronibus conceditur, non perfecta.  
 ibid. Eius finis, obſeruatio diuinarum  
 mandatorum. 58.
- Conſtantia.  
 Conſtantia laudes. 196. 197. & ſeq.  
 Conſuetudo parua.  
 Conſuetudo praua pœne incurabilis eſt.  
 35. 418. 446. diuina gratia tamen ca-  
 rari poteſt. 35. 36. quia alioquin de-  
 mon plus poſſet, quam Deus. & Augu-  
 ſtinus eam vicit. ibid. Vincitur pre-  
 dentia & conſilio 30. & magno labore.  
 38. 39. dum paruula eſt, expugnanda  
 eſt. 141.
- Contemptus.  
 Contemptus in ſuo genere eſt peccatum  
 mortale. 40. 218. Leuia peccata ex con-  
 temtu fiunt mortalia. 44. 390. Eſt  
 multis vitijs oritur. 40. 352. Eſt in-  
 cuſabilis. 40. Quando ex contemptu  
 peccetur contra regulam monaſticam.  
 42. Ob contemptum puniti qui? 41.  
 Naſcitur ex ſuperbia maxime. 41.  
 Proximus gradus eſt ad impeniten-  
 tiam & obſtinationem, qua ſunt vitia  
 diabolica. 41.
- Contentio.  
 Vide V. *Discordia.*
- Continentia.  
 Continentia eſt donum Dei, & ideſt  
 tione impetranda. 290. pro ea tenenda  
 quidam maluerunt mori. 298. Exem-  
 plum mirum continentie in iuueni  
 Ethnico. 361.
- Contumelia.  
 Vide V. *Detractio, & Vindicatio iniuria.*  
 Conu-

PRÆCIPVARVM.

Conuiuia.

Conuiuia adire non est semper salutare. 88.

Crapula.

Crapula propriè est excessus venialis in potu. 90.

Crucis consignatio.

Crucis consignatio valet contra superstitiones Magicas. 491. 492. & contra omnes tentationes demonis. 506. & superstitiones. 524.

Cupiditates.

Cupiditates carnis vt sint coercende 146. 147. Vide V. Immortificatio passionum. Et. Voluptas carnalis.

Curiositas.

Curiositas quid sit, & quotuplex. 46. 47. Sanatur maximè agnitione suorum defectuum. 51. De curiositate in vestitu & calceis. 137. Et in spectaculis. 460.

D

Dæmones.

Dæmones, Spiritus nocendi cupidissimi, superbia tumidi, inuidia liuidi, fallacia callidi. 50. solent explorare inclinationes nostras. 150. 506. Exempla illusionum demonis. 206. insidiantur melioribus. 406. ad superbiam & luxuriam maximè prouocant 528. eorum tentationes fiducia in Deum & robore animi expugnantur. 504. Et oratione 525. Et ieiunio ac castigatione corporis 534. 535. Ex energumeno etiam virgis pulsati. ibid.

DAVID.

DAVID continencia. 147. patientia. 241. 352. 554.

Defolatio spiritualis.

Defolatio spiritualis non est temerè optanda. 53. Est patienter ferenda, quia Deus eam permittit, vel probandi tui causa, vel prouehendi ad perfectionem 54. patientia tribulationis est cibus solidus piorum, consolatio verò lac. ibid. in omni afflictione animi optimum est se conformare diuinae voluntati. 54. 55.

Desperatio.

Desperatio reprehenditur. 59. 60. Non est causa vlla cur desperes, quia peccata sunt numero finita, misericordia autè Dei infinita. 59. 447. peccata ad Dei misericordiam sunt vt tela araneæ. 59. 447. 448. Deum bonum & omnipotentem negat, qui desperat. 60. De nullo viuento desperandum. 350. nunquam sera conuersio, etiam cum iam iam anima efflanda 59. Exempla extractorum è desperationis faucibus. 63. Quid respondendum, qui putant se non predestinatos. 64.

Detractio.

Detractionis vitium reprehenditur. 65. pauci illi renuntiarunt. S. Bernardus vocat proditores, qui id in cœnobis introducunt. ibid. Aequatur homicidio: praefertur rapinae, & fornicationi. maxima pars hominum ob eam non saluatur. 66. Est ferocissima vipera, tres ictu vno occidens. 67. Soror Moyses ob eam lepra tecta. Quo furo quidam detrahant. ibid. detractor tenetur restituere famam. 69. Audiens detractorem aliquando grauius delinquit. ib. 70. Obloquiorum occasio tempestiue tollenda. 100.

Hhhh

DEVS

# INDEX RERVM

## DEVS.

**DEVS** *præ oculis semper habendus.* 82. 83. 107. 108. *Dei presentia cogitatio valet ad cauenda peccata,* 383. 516. *Omnia ad eius gloriam facienda,* 11. *in eo omnis fiducia locanda.* 412. 440. *Eius iniuria acriter vindicanda,* 23. *Pro eius beneficij gratia agenda mane & vesperi,* 211. 518. *Omnia bona fortune sunt Dei.* 185. *Inuitos non cogit ad bene viuendum.* 403. *Neminem deserit, nisi deseratur,* 197. 250. *Eius patientia mira* 548. 549. *Voluntas nostra eius voluntati conformanda,* 563.

Dilatio conuersionis.

VIDE V. Procrastinatio.

Disciplina.

*Disciplina laudes,* 562.

Discordia.

*Discordia que gignat mala,* 74. *Deo maxime est exosa, ib.* *Nec martyrio potest expiari. nihil ea pernitiosius. Locum parat diabolo,* 75. *nullum bonum opus discordium est gratum Eo,* 77. *discordes imitantur demonem. ibid.* *Nituncandius demoni extinctione caritatis,* 78. *Discordes diuinitus puniti, ib.* *Diurna discordia, vel auersio vt sit sedanda,* 77.

Discretio.

*Discretio laudatur,* 202. 203. & seq. *Est moderatrix virtutum,* 204. *Ea sublata virtus est vitium, ibid.* *Inuat eam recta intentio,* 205. *necessaria quoque est in consolationibus spiritualibus,* 55. 56. *Qualis esse debeat in loquendo.* 272. 273.

Distractio in oratione.

*Distractio cauenda in precibus,* 79. 80. *Eius auctor est demon.* 83. *Cauetur presentia Dei consideratione, Preparatione ad orationem & dolore de peccatis.* *Potest autem semper caueri,* 82. 83. *Distractio si saepe ignoscit Deo,* 84.

Diuinationes.

Vide V. Superstitio.

Diuitia.

*Diuitia multarum tentationum sunt causa.* 174. 175. *Nec spes fingenda in illis.* 174. *Nemo alius Deo dignus ait Seneca, quam qui opes contempsit. Magnus qui in diuitiis pauper est, sed securior qui caret illis,* 177. *Cur à Christo spiritus collata.* 180. *Non sunt nobis propria, sicut nec alia fortuna bona,* 184. 185. *Sunt vana,* 481. 482.

Doli & fraudes.

*Doli reprehensi,* 125. 126. *Doli quidam* 132.

Vide V. Hypocrisis & V. mendacium.

E.

Ebrietas.

**E***brietas effectus prauus,* 85. 86. *Est demon voluntarius. Vbi ebrietas, ibi diabolus. Est voluntaria insania Seneca. Ebrius nec mortuus est, nec viuus. ibid.* *Ebrium demon absorbat in infernum,* 87. *Exempla male perentium ex illa. ib.* *Super salute Imperatoris bibere vanum est.* 86. *nunquam ad ebrietatem bibendum, licet reuocet; & si ab eo occideris, martyr es.* *Peccat mortaliter alium intendens in ebriare.* 96.

Ecclesia.

PRÆCIPVARVM

Ecclesia.

*Ecclesia vera & Catholica quæ sit, 122. Nō potest errare, etiam testimonio hæreticorum, ib. Sola habet verã S. Scripturæ intelligentiam, 124. Eandem ipsa Scriptura commendat. ibid.*

Eleemosyna.

*Eleemosyna valet ad expianda peccata. 380.*

Episcopatus.

*Episcopatum qui resugerint, & quare, 8. 9. Chrysostomus existimat plures Episcopos aliosq; Prelatos damnari quam saluari, eo quod dignitas tanta excelsum requirat animum, 9. Episcopi ornamentum humilitas. 10.*

Erubescencia.

*Vide V. Pudor noxius.*

Eucharistia.

*Eucharistia frequentatio valet ad cauēda peccata, & domandas animi passiones, 383. 384. & ad alios effectus. 529.*

Examen conscientia.

*Vide V. Conscientia examen.*

Exemplum malum.

*Exemplum malum nō esse dandum alijs, sed bonum, 91. Christi sanctorumq; exempla sunt imitanda, 92. Plus mouent exempla quã verba, & quare, 93. Paucorum potius quam multorū imitanda, 93. 96. 96. Exemplorum utilitas, 94. Ethnicorum quoq; exempla utiliter proponuntur, vt pudore, teste Augustino, pungamur. 179.*

Exorcismus.

*Exorcismus quid sit, & quod valeat contra maleficia, 529. 530.*

F

Fama bona.

*Fama sua quisq; rationem habere debet, & non tantum conscientia, 74. 93. 99. 102. 141. 461.*

Familiaritas nimia.

*Familiaritas nimia vitium est, non virtus, 97. Contracta cum paucis, noxia est in cœnobijs & Collegijs, 98. dat causam obloquijs, & scandalis, 99. Quæ sint eius indicia, 100.*

Feruor Spiritus.

*Feruor Spiritus, quid sit, & quantum possit. 513.*

Fides.

*Fides rerum supernaturalium pellit curiositatem, 47. Non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum, ib. Exempla illustris fidei, 47. & 48. Quanta eius vis contra veneficia & superstitiones, 524.*

Fiducia.

*Fiducia in Deo collocanda, 412. 440. 442. In morbis, 495. Et omnibus tentationibus. 505. 519.*

Filij.

*Filij parentum correctionem, & serui Dominorum patienter ferre debent, 493.*

Fletus.

*Fletus in morte carorum debet esse moderatus, 186 & seq.*

Fornicatio.

*Vide V. Luxuria.*

Fortitudo.

*Fortitudo animi vera est seipsum vincere, 145. necessaria est in omni virtute, 220. 201.*

Hhhh 2

Fuci,



# INDEX RERVM

Fuci, & pigmenta.

Fuci, pigmenta faciei, omnisq; adulteri-  
nus ornatus grauius reprehenditur. 153.

## G

Gaudium mundi.

**G**audium mundi reprehenditur. 27.  
28. Gaudium in Domino laudatur  
& maximè in aduersis. *ibid.* & 521.

Genethliaci.

Vide V. superstitio.

Gloria vana.

Gloria vana prohibetur, ut noxia. 102.  
Eius species quæ? 478. Angelica virtu-  
tis est ea non tangi 103. Est vitium ty-  
rannicum. vbiq; dominans, vix agni-  
tum, simile cape. *ib.* Sequitur etiam  
virtutem velut umbra corpus, idq; in  
imas quoq; similitudines. Superata ma-  
gis cor ualescit, omnium spiritualium  
bonorum latro, mater gehenna. 105.  
Nihil ea uilius. Similis scenicoꝝ acto-  
rum larua 106. Homo nihil habet, vn-  
de gloriari queat. *ib.* Quomodo vin-  
catur. 11. 107. & 108.

Gloria vera.

Gloria vera omnis Deo debetur. 102. 167.  
Etiam negotiatio ad gloriam Dei in-  
stituenda est. 346.

Gratitudo.

Gratitudo erga Deū & homines laudatur.  
209. & seq. Gratia agenda Deo mane &  
vesperi. 211. Et ad singulas actiones. 212  
etiam in aduersis, quod proprium est  
Christianorum. *ib.* Exempla gratitu-  
dinis bestiarum. 213. Gratiarum actio-  
ni nullum par bonum. 210.

Gula.

Gula quanta mala pariat. 109. 110. Est  
seminarium libidinis. *ibid.* Eius effe-  
ctus. 111. Morbus est ante omnes alios  
curandus. *ibid.* Modi, quibus delin-  
quitur gula. *ibid.* In uilibus quoq; raris  
gula peccari potest. 114. quatenus in  
cibo voluptas sit quarendæ, uel pota.  
115.

## H

Hæresis.

**H**æresis graue peccatum est. Hæresi-  
corum epi beta. 117. Eorum pater  
Satan, mater superbia. 118. Non sunt  
Christiani. Similes bestijs, cimicibus  
*ibid.* sunt hypocrita. 127. colloquia ex-  
rum cauenda. 119. libri non legendi.  
119. 120. Ex scripturis non est cum qd  
disputandum. 123. Hæresis non est de  
Scriptura, sed de intelligentia scriptu-  
ra. 124. Nomen ab eo habent hæresi-  
ci, quod scripturas non intelligant.  
*ibid.*

S. HIERONYMVS.

Hieronymus noctu casus, quod nimis  
deditus esset profana elo. uentia. 50. 51.  
summus fuit hæreticorum hostis. 119.  
Eius tentatio in solitudine. 211.

Humilitas.

Humilitas est primum caput doctrina  
Christi. 5. est summa uirtus. 483. ad-  
iunctum habet contemptum sui. Hu-  
milis enim uilis uult reputari, non  
humilis predicari. 46. Maxima  
uirtus est, maxima facere, & con-  
temptibilem se reputare. 104. Sem-  
per fuit fundamentum sanctitatis.  
246. Est ipsa perfectio. 53. Humilis  
Deo est.

PRÆCIPVARVM.

Deo est similis, superbus autem diabolo. 477. Quomodo factus exerceatur. 483. 484. Vitium infirmum se quis cognoscat, quam ut fidat sua virtuti. 99. Humilitate peruenitur ad veram fidem Catholicam. 120. 121. Efficax est medela contra superbiam. 482. Humilitas Christi refugientis gloriam. 103. humilitate vite Christi pellitur omnis superbia. 481. Exempla eorum, qui ex humilitate virtutes suas calarunt. 104. 107. S. Dominici humilitas, & S. Francisci 57. Et Greg. Turonensis Episcopi. 104.

Hypocrisis.

Hypocrisis reprehensa. 125. 126. 127. Quis proprie dicatur hypocrita. 127. Pauci ab ea immunes. ibid. Est vitium proprium diaboli. 131. Turpiora sunt vitia qua virtutum specie celantur. 483.

I.

Instantia.

Vide V. Superbia.

Ieiunium.

Ieiunium non est perfecta virtus, sed fundamentum vel instrumentum virtutis. 207. 208. Immoderatum reprehenditur. 204. In aduentu hospitis quando solui queat. 208. Reddit preces efficaces. 151. Valet ad expianda peccata. 380. 572. & ad pellendos demones ex energumenis. 534.

Ignorantia.

Ignorantia humane causa. 249.

Illusiones spirituales.

Vide V. Inspiratio diuina.

Imitatio vite aliorum.

Imitanda esse vitia aliorum, & maxime exemplum vnus. 95. 96.

Immodestia.

Immodestia in externis moribus arguitur. 116. 137. nominatim in disputando. 138. Duo eius exempla. 139. aliquando etiam minima nocet. 142. 143.

Immortificatio.

Immortificatio quid sit. 143. 144.

Impatientia.

Impatientia in aduersis 152. 153. & seq. Omne peccatum impatientia adscribendum. 152.

Impenitentia.

Impenitentia reprehensa 347. Est peccatum in Spiritum sanctum. 19. 42. Humanum est errare, sed diabolicum perseverare. 46. Nil aequè repugnat Deo, ac cor impenitens. 348. Deus non potest misereri ei, quem non penitet peccasse, & peccata defendit. 348. Vide V. Obstinatio.

Imprecatio.

Imprecari malum, quam sit noxium. 301. Dira eius exempla. 302. Vide V. Maledictio.

Incantationes.

Vide V. Superstitio, & V. Veneficia.

Inconstantia.

Inconstantia vituperata. 196. & seq.

Indiscretio, vel imprudentia.

Indiscretio reprehenditur. 202. & seq. potissimum in externis virtutibus cernitur. 207.

Hbb 3

Induratio.

INDEX RERVM.

Induratio.

*Vide V. Obstinatio.*

Ingratitudo.

Ingratitudo reprehenditur. 209. & seq.

Ingratus Deo S. Chrysostomo est blasphemus: 340. Ingrati à Deo puniti. 215. Ingratitudo mira ciuis Veneti. 213.

Inimici diligendi.

Inimici diligendi. & quomodo 358. nihil ita Deum placat, ac eorū dilectio. 359. 556. Est rationi naturali consentanea. 549. Exempla eos diligentium. 359.

Iniuriæ Vindicatio.

*Vide V. Vindicatio iniuria.*

Inobedientia.

Inobedientia est peccatum graue. 216. 217. imo vitiorum maximum. 217. A Deo dire punitum. 218. 219. contemnens obedire Prelato multis vitiis laborat. 41. Et peccat mortaliter. Ille autem contemnit, qui dicit se nolle obedire, & spernit non solum præceptum, sed etiam remedium. 45.

Inspiratio diuina.

Inspiratio diuina qua fit. 133. pii & docti consulendi de eius veritate. ib. Visionibus feminarum parum fidendum. 134. Vnde cognoscatur esse diuina inspiratio. 134. 135.

Inuidia.

Inuidia reprehensa 229. radix malorum omnium. diaboli inuentum. ib. prima peccati ianua omni venia carens. Inuidi peiores feris, pares demonib. 230. morbus q. incurabilis. 231. Confertur viperis, vulturibus, muscis, & abidis canibus suis. sc. ab eis proprium diaboli vitium. 232. Oritur ex superbia, & ideo humilitate sananda. 233. Cuius quoq. in sanctos. ib. Sequitur virtutē. 235. S. Paula Romana S. scripturæ se muniebat contra illam. ib. Inuidus monachus obsidetur à demone. 68. Inuidiosus vt differat ab inuido. 235.

S. IOAN. BAPTISTA.

S. Ioan. Baptista speculum contemptus humane gloriæ. 104.

S. IOAN. EVANGELISTA.

S. Ioan. Euangelista adolescentem principem latronum factum conuertit. 63. perdicem molliter mulcet. 208.

IOB.

Iob admiranda patientia in morbis & damnis. 24. 167. 182. 552. Fortitudo. 191. Constantia. 199. laborauit lepra. 173.

Ioci.

Ioci & risus non decent Christianum. 29. 466. 474.

S. IOSEPH. Patriarcha.

S. Iosephi constantia. 199. & patientia. 552.

IRA.

Ira reprehensa 235. de mentis gradu dicitur. 236. Obscurat rationis usum. 239. Est initium insanie. 240. Vt differat ab indignatione. 236. Et ab iracundia. 237. Eius germina sunt, dolus, suspitio, insidia, audacia, inimicitia, secta. Est demon nobis innatus. 236. Eius sunt fructus. 240. Ex ira & morbi secuti. 237. Satis est viperam latere in corde quam iram. estianua vitiorum. ib. Melius est inuadi gladio, quam ira corripit. 238. Ira inueterata scorsum fit adium.

PRÆCIPVARVM.

odium. *ib.* Iratorum gestus. Nil ab arreptiis differunt. 240. Sunt compassione digni. 242. Irasci hominis est, Christiani non persicere iram. 237. Manente ira nihil vindicandum, ut fecit Architas. 239. Orta mox comprimenda. 238. Societas iracundorum fugienda. 242. Ut differat ab odio. 255. Eam vincens verè fortis est, non vincens ridiculus. 145.

IUDAS prædator.

Iudas in venditione Christi simoniam commisit. 455. Quomodo perierit. 455.

INDEX.

Iudicis officium quando suscipiendum. 395. non debet accipere personam. 396. Exempla non accipientium 398. 399. Non diuitem magis quam pauperem tueri debet. 400. Et cum causa dubia, plus pauperem. *ib.* & 401.

Iudicium extremum.

Iudicium extremum describitur. 517. eius meditatio utilis ad cauenda peccata. 236. 237.

Iudiciaria astrologia.

Vide V. superstitio.

Iudicium proprium.

Iudicium proprium reprehenditur. 245. contumacia est nolle aliorum iudicio acquiescere. 246. Proprium religiosorum est id abnegare. 250. Exempla male pereuntium ob proprium iudicium. 251. Impossibile est fidentem suo iudicio non decipi a demone. *ib.* Non est illi fidendum. 205. 221. Christus iudicium Patris est secutus. 224.

Iudicium temerarium.

Iudicium temerarium arguitur. 252. 253. Cur sit graue peccatum. 254. Cauendum in duobus. 253. Exemplum temere iudicantium. 256. tem. iudicium miraculis proditum. 262. Falsa iudicia aliorum de nobis contemnenda. Prima virtus monachi contemnere humana iudicia. 257. 258. Homo iudicet seipsum tantum. 253. Et excuset aliorum lapsus. 255. Agnitio sui medetur iudicio temerario. 51. 483.

IULIANVS apostata.

Iulianus apostata describitur. 139. 479. Ut demonem crucis signo fugarit. 492.

Iuramentum.

Iuramentum partim licitum partim illicitum. 259. 260. Quando iurandi usus ceperit. 261. Augustinus iurandi consuetudinem vicit. 261. 262. Et facile est eam vincere, si laborem non fugias. *ib.* Deus solus securus iurat, quia falli non potest. 264. Exempla temere iurantium. *ib.* & 265. fatius est peiorare, quam malum iuramentum seruare. 265. Ex Herodis iuramento malo, quot mala secuta. *ib.* Ethnici non probarunt iurandi morem. 266. Exempla eorum qui se dem fallere noluerunt. *ib.* & 267.

L.

Labor.

Labor homini naturalis 181. 405. 364. DEVS, angeli, omnesque creaturae semper agunt aliquid. 364. Semper labora, ut diabolus se inuentat occupatum.

INDEX RERVM.

occupatum, ait Hieron. ib. Nulla sine labore virtus. 363. Solis laborantibus merces promissa. 366. Laborum pietatis quantum sit premium. 405. In laboribus precipue quarenda anima salus. 368. Exempla B. Pauli, & monachorum manu laborantium. 367. 408. Ambrosius tempus persecutionis, quo laboratur, presert tempori pacis, quo otium est. 365.

Lætitia.

Vide V. Gaudium. & Ioci.

Lepræ morbus.

In lepre morbo opus est patientia exemplo Iob. 173. Christus apparuit quasi leprosus in passioe. 174. Sanctis sepe apparuit in specie leprosi. 174.

Libertas sæculi.

Vide V. Voluntas propria.

Libido.

Libido quid proprie sit. 228. Tentatio eius statim pellenda. 289. Exempla mira libidinis extinctæ. 293. Vide V. Luxuria.

Ligaturæ.

Vide V. Superstitio, & V. Veneficia.

Linguæ abusus.

Lingua quam difficulter coerceatur. 29. 268. Est coercenda 272. quo modo coerceatur. 29. 30. Demon lingue maxime insidiatur. 268. Quot mala eius abusus creet. 270. 271. Locutiones in aurem, vel per nutus non decent religiosum. 277. 279. Nugæ in ore sacerdotis, sunt blasphemia S. Bernardo. 279. Detrabentes aliis puniti. 68. Christus ex quavis materia ansam ce-

pit aliquid spirituale loquendi. 30. De modestia in loquendo & disputando. 138.

Litterariæ occupationes.

Litteraria occupationes sic continuande, ut non negligatur salus animi. 368.

Ludi.

Vide V. Alea ludus, & V. Spectacula.

Luctus immodicus vetitus & cur. 186. & seq. 619. Populi quidam in natiuitate lugent, in obitu gaudent. 189. Vide V. Impatentia in morte carorum. & V. Mors.

Luxuria.

Luxuria vetita. 286. & seq. Eius facilitas. 294. Et effectus sædi. 288. difficilis expugnatus. 287. 288. Hieronymi in ea tentatio. 288. Pæna luxuriosis inflictæ. 295. 298. Eius principum auditorum est fuga. 291. & carnis castigatio. 292.

Luxus vestium.

Vide V. Vestium luxus.

M.

Magi.

**M**agi opera demonum mira faciunt. 49. 50. morte à Deo puniti. Vide V. Superstitio, & V. Veneficia.

Maledictio.

Maledictio, vel imprecatio mali reprehenditur. 299. 300. Dei maledictio alia est ab hominis maledictione. 300. Tres imprecantes sibi mortem contra Narcissum Episcopum misere perierunt. 68. Comitissa ex imprecatione mendica mulieris. 365. proles edidit

P R Æ C I P V A R Y M.

vias, & que baptisate sunt. 302.  
Alia exempla. 301. 327.

Maleficium.

Vide V. Superstitio, & V. Veneficium.

MARIA SOROR MOY SIS.

Maria lepra percussa, quia detraxit Moy-  
si. 67.

B. MARIA Virgo.

S. Maria Deipara inuocanda in omnibus  
periculis & tentationibus. 64. 525.  
526. Eius modestia. 140. 141. Et obe-  
dientia. 564.

Medicus.

Medicus in morbis non negligendus et-  
iam à religiosis 162. 163. sed plus fi-  
dendum diuino auxilio. 164. Sancti  
quidam neglexere medicinas. 165. 158.  
S. Bernardus putat non decere mona-  
chos, vt potiones sumant. 165. Consi-  
tenda prius peccata, quam consulatur  
medicus. 169.

Mendacium.

Mendacium vitium. 303. 304. Est vi-  
rium diabolicum & otiosum. 305. quid  
sit proprie mentiri. 304. quod menda-  
cium iocosum ibid. Qui non habet du-  
plex cor, non mentitur. ibid. Reddit ho-  
minem contemptibilem. 306. Non li-  
cet mentiri etiam in periculo mortis,  
licet autem verum celare. 307. Exem-  
plum mulieris septies icde, quia menti-  
ri noluit. 308.

Mercatura.

Vide V. Negotiatio.

Miracula.

Miraculum optare facere, vel ab alio fieri,  
est curiositas, & superbie sepe numero.

49. Post miracula facta, quam humi-  
les fuerint sancti. 103. 104. 105.

Modestia.

Modestia vnde dicta 136. valde laudatur.  
137. Est portio Dei. 138. De modestia  
Christi. 139. Et B. Virginis 140. Decet  
clericos & religiosos 141. Regule mo-  
destie religiosa. 142. Vide plura V. Im-  
modestia.

Monachi.

Vide V. Religiosi.

Morbi.

Morbi causa in gluuies 152. Tria in morbo  
grauia. 163. Opinio facit morbum gra-  
uem, ib. Medici opera vtendum, sed  
plus Deo fidendum. 164. Morborum  
causa sepe sunt peccata. ib. à Deo au-  
tem bono sine immittuntur, quod iu-  
uant ad salutem. 166. Vtilitates mor-  
borum. 167. Non est utilis omnibus  
sanitas. ib. Patienter sunt tolerandi,  
& non recurrendum ad superstitiones.  
490. 491. 492. 493.

Mors.

Mortis meditatio omnium vitiorum per-  
emptoria. 2. medetur Luxuria impri-  
mis. 296. Non est timenda 309 est no-  
mine, non re formidabilis ib. Est perin-  
de, ac vestem exuere 310. Legi natura  
congruens & omnibus communis. 311.  
prater quam nihil certum est. 312. Com-  
paratur somno & peregrinationi. 314.  
Ea multis malis homo liberatur. 311. &  
multis bonis ornatur. 113. Mors piorum  
prestat vite 309. Exempla non timen-  
